Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium nonum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

reducuntur ad aliquã verum in pñti et in recto.

Dubium Nonum
Quid sit Oratio?

Oratio ab Aristotele sic definitur.
Oratio est vox significativa cuius pars aliqua separata significat ut dictio non ut affirmatio, vel negatio.

Explicatur definitio. Noĩe vocis non intelligit vox simplex, sed complexa et composita ex pluribus vocibus ex modo significandi inter se unitis. Si n. plures voces proferantur sine unione, non efficiunt oraõ, sicut v.g. ad reale aliquod artificiatum conficiendum domũ sc: non sufficit esse partes diversæ rõis, sed necessarium est ut eæ istæ partes inter se uniantur. Sicut in artificiato rõis potest, ut eius partes inter se habeant aliquã connexionem, ut in leo, equus, homo; non efficiunt oraõem, unde isti termini inter se habent vniõne. Vnio vero ista, quã necesse sanã ad oraõem conficiendã asserimus, potest esse quadruplex.

Explicaõ definitionis.

Vnio seu copula Oraõis quadruplex.

Coniuns

1a Conunctionis. v. g. Petrus et Amandus.
2a. Disjunctionis, ut Petrus vel Paulus.
3a Substantivi et adiectivi. ut homo albus.
4a Tandem pot esse nominis et verbi, ut homo ambulat.
Quae uniones omnes, dici possunt grammaticales.
Quod vero nomine nomine debeat intelligi vox complexa et composita per aliquam unionem, apte colligitur ex adiuncta definitionis particula sc: cuius partium aliqua separata significat. Per quam differt oratio a termino nomine et verbo

Nota 1. Circa hanc particulam, nota 1o. Ad rationem orationis non sat esse habere partes separatim significantes ex benignitate intelligentis, aut ex impositione praecedentium dictionum, sed requiri necessario ut habeat partes quae se significatione ex vi impositionis: unde si quis te interrogat: fecisti hoc? Respondens. ita. non composuisti orationem, licet idem sit ac dicere, ita feci hoc; illud tamen tantum est ex benignitate intelligentis seu ex vi praecedentium dictionum, non tale ex vi impositionis.

2. Nota 2o. Non sat esse ad rationem orationis habere partes significativas, virtualiter, et aequivalenter; sed necessum esse habere partes formaliter significativas complexe existentes: Unde licet idem sit, Ubique ac omni loco, et, semper, idem sit, ac omni tempore; tamen illae voces orationem minime constituunt, quia tamen ista significant virtualiter et aequivalenter: Ex quo optime infertur: quod si v. g. ista littera unica. P. imponeretur ad significandum idem, quod significat haec complexio, Currit

Petrus

Petrus; non esset oraõ quia haberet partes signi,
ficativas formaliter, sed tm virtualiter.
Nota 3o. Artem studio dixisse, cuius par,
tium aliqua separatim significat, ut insinuaret 3.
compositum ex term: syncat: et catego: ut
v.g. aliquis hõ, esse verè et propriè oratiem, licet
altera pars separatim nihil significet, ut supra
de terminis syncat: diximus.
Nota 4o. Quod cum Artes adiecit, ut dictio,
non ut affirmatio vel negatio, nõ intendit ex, 4.
cludere oratiem hypotheticam, idest compositam
ex orationibus perfectis, à ratione et definitione orationis:
Nam syllogismus et Enthymema, vera orationes sunt,
ut infra dicemus et tamen partes earum significant
ut affirmatio vel negatio, ut patet in hoc exemplo
Omnis homo est animal, omne animal est vivens
sensibile, ergo omnis homo est vivens sensibile.
Sed legitima intelligentia Artis est. sufficere
ad hoc, ut aliquid sit oratio, quod pars eius significet
ut dictio, neque opus est, ut significet, ut affirmatio
vel negatio. Quam explicationem et adhibet
hic D. Thomas.
Obiicies contra definitionem datam de Oratione
Iste term: Respublica habet partes per se significa,
tivas, et tamen non est oratio, ergo definitio orationis
non est bona. Mi: et Cons: patent. probatur Mai:
Partes huius necessario sunt, res; et, publica, sed
hae significant separatim; ergo mai: vera. probatur
Mi: nam res significat rem; et publica significat
id quod omnibus patet: ergo separatim significat.
R. Ad hoc Argtm distinguendo maiorem.
Habet partes, quae separatim idem significent quod
significant

ſignificant coniunctim poſita; nego maiorem.
Et ſignata ſignant res diverſas, quam ſignificabant coniunctim, concedo maiorem: et concessa minore, nego conſequentiam: quia ad rationem orationis petitur, ut partes quas habet oratio eandem rem ſignificant ſeparatim poſitae, quam ſignificabant coniunctim, ut homo albus est vera oratio, quia vox homo ſeparatim poſita ſignificat hominem, et albus habens albedinem, quod ſignificat et coniunctim, quae in hoc termino Respublica, minime conveniunt.
Sed contra iste voces. M. T. Cicero. ſeparatim poſitae idem ſignificant, quod ſignificabant coniunctim et tamen non habent rationem orationis; ergo ſolutio nulla.
Respondeo. Distinguendo maiorem: ſignificant idem ſeparatim poſitae quod coniunctim ſynonimè, concedo maiorem: non ſynonimè, nego maiorem: ad hoc autem ut aliqua vox dicatur oratio petitur ut habeat partes rem distinctam ſignificantes, ac per conſequens non debent eſse termini ſynonimi, ſicut in propoſito caſu.

Orās Perfecta, et Imperfecta

Nota ultimo, Orationem dividi in Perfectam, et Imperfectam.
Perfecta oratio est quae perfectum ſensum generat in animo audientis, imperfecta, quae imperfectum ſensum generat in animo audientis. De qua diviſione plura dicemus ~~ista~~ Voce.

Dividitur ultra Oratio in modum ſciendi: et non modum ſciendi.

Modus

Modus sciendi est oratio alicuius ignoti manifestativa. — modus sciendi quid sit?

Non modus sciendi est oratio nullius ignoti manifestativa, modo dialectico. — modus non sciendi quid sit?

Relicto secundo membro scilicet non modo sciendi, quod parum dialectico utilitatis adfert, et quasi mera negatio multis signis complexis comprehendit.

Modus sciendi in communi iam definitus et magis ad dialecticum pertinens pertractandus erit. Genus in data definitione est oratio; caeterae particulae primis loco differentiae, convenit quippe modus sciendi cum ceteris orationibus; differt ab aliis orationibus quae nullius ignoti manifestationem pariunt. Differt et ab illis orationibus quae licet aliquid manifestent, id tamen non praestent in ordine ad aliquam rem antea obscure modo sciendi, et ut instrumentum cognitum et per se ex intrinsico necessario requiruntur ad veram essentiam sciendi modi. Unde quatuor [illegible] — Genus in hac definitione est Oratio.

1mum est, quod sit quid complexum. Per quod excluduntur a ratione modi sciendi voces simplices. — quatuor necessario requiruntur ad essentiam modi sciendi. 1 modus.

2dum est, quod modus sciendi debeat mihi aliquid ignotum manifestare quod antea, sive definitio vel divisio, simplicem terminum simplicem prius obscure; si vero est argumentatio, modus sciendi debeat explicare et manifestare rem quae antea obscure et confuse sub aliis vocibus latebat. Si vero hoc complexum modus sciendi quod manifestat [illegible] ratione, quae vere antea obscure latebat sub hac simplici voce. — 2. modus.

E contra vero si ignorans Petrum esse dominum Pauli, an Petrus sit dominus, interrogo ho[minem] affirmantem, ipsum esse dominum, illeque respondeat, licet aliquid ignotum mihi manifestet, illa oratio a Paulo data non est, quia id non facit in ordine ad aliam vocem, sive complexam, sive simplicem, quod modus sciendi ipsum indicaret. Vel quia non manifestat mihi aliquid quod antea obscure vel confuse per alias voces cognoscebam.

3um quod petitur, est quod modus sciendi debeat esse oratio per se et ex intrinsico modo significandi alicuius — 3. modus

alicuius ignoti manifestativa. Quare si igno-
ras Caesarem aegrotare et aliquis dicat tibi, Caesar
aegrotat. illa oratio non est modus sciendi, quia non
manifestat ignotum per se et ex intrinseco modo
significandi, id quod tu ignorabas. Illa enim oratio non ex se te
certum reddit, de adversa valetudine Caesaris.
sed potius ex auctoritate dicentis: antequam enim huic
complexo, Caesar aegrotat; assensum praestes, tunc discur-
sum in mente exerces. Ille qui dicit Caesar aegrotat
vel Caesar aegrotat est verax; ergo Caesar aegrotat.
Vides quia ratione haec oratio non ex se, et ex intrinseco
modo significandi sit alicuius ignoti manifestativa.
Ex quo 2do requisito infertur quod aliquando quam-
vis sc: quando modus sciendi debeat aliquid ignotum mani-
festare, artificio quodam dialectico: ita quod modus
sciendi sit instrumentum ipsum dialecticum definitio sc: vel
divisio; vel argumentatio; nec satis est ad rationem modi
sciendi quod sit oratio ingrediens instrumentum aliquod dia-
lecticum, alias omnes voces et propositiones essent modi sciendi
cum omnis vox possit ingredi definitionem vel divi-
sionem et omnis propositio possit ingredi argumentationem
quae est tertius modus sciendi. Igitur excluduntur a ratione
modi sciendi 1o omnes propositiones quae non manife-
stant aliquid ignotum artificio dialectico. 2o Inter-
pretationes nominum; seu translationes linguarum, quae licet ignota
manifestent, tamen absque artificio dialectico. 3o Capita
auctoritates, experientia, eandem ob causam
modi sciendi nequeunt appellari; nisi forte
modum definitionis divisionis et argumentationis ipsos
nominare; tunc enim esse modos sciendi, nemo inficiabitur.

Circa has duas divisiones orationis posset mo-
veri argumentum illud in quo solvendo multum labo-
rant autores aliqui. Videntur enim praedictae divisiones
multum a regulis bonae divisionis deviare. Nam
inter membra dividentia tam primae quam 2dae
divisionis datur medium; ergo non sunt bonae. Consequentia patet.
probatur antecedens. Quoad membra 2dae divisionis datur
oratio

4 modus.

oratiōn n. p̄fectam et im[illegible]ctam, Datur mediū, nem-
pe modꝰ sciendi q nec [illegible] p̄fecta, nec imp̄fecta. ergo
Quod ad 2m. probatur. Inter modum sciendi et non
modū sciendi datur oratio p̄fecta, q nec ē modꝰ sci-
endi neq; non modꝰ sciendi; ergo idem q antea.
R. ad 1m Modum sciendi esse et cōe et trans-
cendens orationem p̄fectam vel imp̄fectā [illegible]fic; quoq;
n. reperit in oratione p̄fecta, ut argumentatio, quoq; in
imp̄fecta ut definitio vel divisio. ergo infertur
quod datur mediū inter membra dividentia; distinguo
[illegible] consequens. Datur aliqua ra[tio] media trans-
scendens rationem sciendi ~~membra~~ extremorum, vel ab-
strahens ab illa, concedo consequentiam: Datur medium
alicuius suppositum q nec sit oratio p̄fecta, nec imp̄fecta
negatis consequentiam: Unde ē inconveniens non illud, siquis
tum quod divisio immediate dividitur sibi plures conse-
quentes in plura membra. Eodem modo respon-
debis ad 2m de p̄fecta oratione et idem dicendum de
imp̄fecta illa n. abstrahit à modo sciendi et non
modo sciendi dicet nulla possit dari oratio p̄fecta
vel imp̄fecta q neque sit modꝰ sciendi neq; non
modꝰ sciendi, probat aliis verbis alij dicunt;
membra dividentia debere exhaurire confusione
suppositorum rei divisae, non oēm rationem sciendi.
Vel R. modū sciendi non esse mediū, sed esse oratiōn
p̄fectam, per quam responsione allata facile devitare possunt.
Modus sciendi vero in communi dividitur
rursus in definitionem, divisionem, et Argu-
mentationem. Cuius divisionis sufficientia suo
tpre et loco latius examinabitur. Nos 3m divi-
sionis membrū utpote ad 3am maximè spectans ad 3am partem Summulaꝝ remittentes
antequam ad opus, vel annuntiatis naturam, vel instrumenta
dialectica, hoc ē, per definitionem, divisione declara-
tam accedamus prius quid sit definitio, explicabimus.

Divisio modi sciendi in Definit: Divisiōem, et Argumentaōem.

Dub. 10.